Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

&iterum opera quae ego facio in nomine patris mei. haec testimonium p
hibent de me. Sed uos non creditis & cetera. Talia interrogauerat quoque quo
modo dicerent xpm filium esse dauid cum ipse dauid in spu dnm suum illum uoca
uerit. ut tali nimirum interrogatione prouocati discerent eum. Non solum
uerum hominem quia filium dauid. sed etiam uerum dm quia dns esse dauid. Ue
rum ille neque dicenti credere sequendo neque interroganti. respondere que
rendo neque eum qui innoxius adprobatus est. inmunem dimittere uolebant. L ccxcvii
Qui autem semen dauid calumniari quaerebant plus est quod audiunt.
Ex hoc autem erit filius hominis sedens a dextris uirtutis di. I cn cccx / II cn cxci / Ioh lxviiii
Si ergo tibi in xpo o iudaee ac pagane & heretice contemptui infirmitas & crucis
contumelia est. Uide quia per haec filius hominis ad dexteram di patris
sessurus & ex partu uirginis homo natus in sua cum caeli nubibus est maiestate
uenturus. Unde & apostolus cum crucis abiecta descripsisset adiunxit dicens.
propter quod & ds illum exaltauit & donauit illi nomen quod est super omne nomen.
ut in nomine ihu omne genu flectatur caelestium & terrestrium & infernorum.
& omnis lingua confiteatur quia ihs xps in gloria est di patris. L ccxcviii
Dixerunt autem omnes. Tu ergo es filius di. qui ait. uos dicitis quia ego sum. X sol.
Ita responsionem temperat suam ut & uerum dicat. & sermone eius calumniae
non pateat. maluit enim se xpm filium di probare quam dicere ut condem
nandi causa tolleretur his qui quod obiciunt hoc ipsi fatentur. sequitur. L ccxcviiii
At illi dixerunt. quid adhuc desideramus testimonium ipsi enim audiuimus de ore eius. II cn cccxii / cn cxiii
Testimonium dni quod ipse se xpm & filium dixerit di in eo acceperunt. quod
ait. erit filius hominis sedens a dextris uirtutis di. & interrogantibus. Tu ergo
es filius di. respondit. Uos dicitis quia ego sum. Sua se ergo sententia con
demnat qui eum morti tradunt. quem & oris & operis sui testimonio dm esse cog
noscunt. Condemnant & arrianos qui uerba diuinae maiestatis nuntia
clarificato iam post mortem noluit intellere quae eo uincto adhuc fla
gellatoque & inriso ipsi qui crucifixuri erant intellegere carnifices. L ccc
Et surgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad pilatum. I cn cccxviii / II cn cxcviiii / Ioh clxxvi
Ut sermo ihu conpleretur quem de sua morte praedixit. Tradetur enim gentibus
& inludetur & flagellabitur & conspuetur. & postquam flagellauerint
occident eum; gentibus quippe romanis significat. Nam pilatus romanus
erat eumque in iudaeam romani praesidem miserant cui crucifigendum tradunt
dnm iudaei qui se isto modo ab eius interfectione uelut alienos facere cupiunt
non ut eorum innocentia sed ut dementia monstretur.